The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Iusticia et iustus p
cum fonte primo

Quod peccatores uoluptatem estimant, hoc iusti proculdubio penam putant.

Nam quod peccatores uoluptatem aestimant, hoc iusti procul dubio poenam putant.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 10, 24 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.567, ll.10-11).

Iustus miranda agit et opprobria recipit, ut qui exire foras per laudes potuit repulsus contumeliis ad semet ipsum rediit, et eo se robustius intus in Deo solidat, quo foris non inuenit ubi requiescat.

Gregorius in moralibus.

Nonnumquam uero recto operi animus constanter innititur et tamen humanis irrisionibus urguetur; miranda agit et opprobria recipit; et qui exire foras per laudes potuit repulsus contumeliis, ad semetipsum redit; et eo se intus robustius in Deo solidat, quo foris non inuenit quo requiescat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob* 10, 28 (CCSL 143, M. Adriaen ed., pp.569-570, ll.8-13).